



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Seqvitvr Catalogvs Abbatvm Dicti Monasterii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

SEQUITUR CATALOGVS ABBATVM  
DICTI MONASTERII

**ERCHENWOLDVS** primus Abbas à Guilielmo Hirsaugiensis Cœnobij  
Præsule mittitur, cum 12. fratribus, fundatrici D. Hazigæ, Anno 1096. Præs-  
fuit in Vischbachavv annis 6. Postea Cœnobium transfert ad Eysenhoven, cõ-  
sensu Conradi Comitiss Schyrensis & aliorum D. Hazigæ Nepotum, vbi iterum  
piè præfuit annis 8. Decessit senex, anno 4. Sub eius gubernatione obiit Domina  
fundatrix Haziga, Aragoniæ Regina, cuius filius Otto Comes multis reliquis  
hunc locum donavit & illustravit.

**BRVNO** vir egregiæ nobilitatis, filius nimirum matertera Heinrici Im-  
peratoris, successit Erchenboldo, accitus ex Hirsaugia, quod magnificum & po-  
tentissimum est Benedictini instituti Cœnobium in Ducatu Wirtenbergenfi ad  
Nagoldum amnem, inter Kalbium & Thermas Cellenses, in nigra sylva situm.  
Præsuit in Eysenhoven 8. annis, postea translato Monasterio, vbi dictum est, Schy-  
rum, ibi iterum annis 8. Obiit Anno 1127.

**VLRICVS**, siue Hildericus primus, subrogatur Brunoni: Præsuit per  
vnius tantum anni spacium & remouetur à Principibus Schyrensibus.

**VLRICVS** secundus, vir nobilis admodum religiosus, duobus tantum  
annis functus est munere Abbatis, Obiit Anno 1130.

**MARQUARDVS** successit Vlrico secundo, sed non diu præfuit, vix e-  
nim completo vno anno, per Principes gubernaculo amouetur: causa literis  
mandata non est.

**GOSOLDVS** quinque præfuit annis, & ab administratione, fortasse nõ  
absre, amouetur iterum, Anno 1135.

**VLRICVS** tertius, vir & prudens & religiosus admodum, subrogatus  
Gosoldo sapienter & piè præfuit annis 25. Impetrauit mitram & sandalia à Põ-  
tifice Alexandro IV. Cæcus tandem factus, contra omnium voluntatem magi-  
stratu se abdicans, Vischbachuni reliquum vitæ exegit, vbi & ex hac vita emi-  
grauit & sepultus est.

**EBERHARDVS**, alibi Eckhardus, vnanimi fratrum consensu electus  
Anno 1160. vir natalibus quidem clarus & genere nobilis, sed leuitate & super-  
bia infamis, quæ communia solent esse degeneris nobilitatis vitia. Amouetur  
igitur anno suæ gubernationis vndecimo, per Comites & Principes de Witte-  
leinspach, Anno Christi nimirum 1171. quo 12. Calen. Februarij igne combustum  
periit totum ferè, hætenus tantum ligneum Cœnobium.

**BALDEMARVS** eligitur omnium fauore post depositum Eberhardum.  
Præsuit sapienter & prudenter 32. annis, vir Ecclesiasticarum rerum perquam  
studiosus, hospitalis, & pauperum non vulgaris patronus. Instauravit igne col-  
lapsum Monasterium non infœliciter. Homo admodum seuerus, qui legitur nõ  
carne tantum, sed & adipe ad mortem vsq; abstinuisse. Obiit Anno 1203.

**HARTOMANNVS**, vir senio penè confectus, à Ludouico Boiorum  
Duce vix exoratus, Abbatia clauum accepit, anno, quo Antecessor inter viuos  
esse desit, eumq; tribus annis præfuisset, iterum cessit, malens priuatus viuere  
in quiete, quam tanta dignitate conspicuus cum tanta inquietudine.

**CONRADVS** constituitur Abbas, An. 1206. consecratur in festo Simo-  
nis & Iudæ, præfente Duce Ludouico. Erat iuuenis simplex, sed præfentia Prin-  
cipis excitata adolescentis simplicitas præclarè sese postea exercuit, familia-  
remq; rem & Ecclesiasticam gnauiter administravit. Sub eo Monasterium hoc  
Deiparæ virgini cõsecratum, 7. Iduum Octobris, ab Ottone III. Episcopo Frising-  
ensi, An. 1215. Diuo Martino templum lateribus coctis edificauit, Saccellumq;

*Metrop. Salisb. Tom. III.*

cc 2

omnium

omnium Sanctorum, quod dedicatum est à Patriarcha Aquilegiensi. Romam iuit, vnde purpuram deportauit. Palaestinam voti reus icurus, ab Archiepiscopo Salisburgensi voto soluitur. Præfuit annis 20. & resignauit liberè, præsentibus, Ludouico Bauarorum Duce, & Episcopis, Aystetensi & Frisingensi, sub eo clauit Cunradus Monachus & Prior, diligentissimus & indefatigabilis in numerorum librorum scriptor, & Schyrensi Chronographus.

- XII.** HEINRICVS Seligitur Anno 1226. consecratur in festo S. Matthiæ. Præfuit annis 33. Extruxit curriam quadratam, Sacellum S. Cathariæ, granarium, & valetudinarium, aliaque plurima, multa etiam vetera instaurauit ab alienata redemit & recuperauit, ac etsi tunc temporis varia essent inter Principes & Episcopos bella, tamen omnibus ex æquo charissimus fuit, quia hospitalis & muniticus. Resignauit tandem senio grauatus, Anno 1259.
- XIII.** RVDOLPHVS Abbas in Thierhaupten præfuit Monasterio Schyrensi vix per vnum annum, & amouetur iterum, quod inuicilis esset, & negligens rerum Cœnobij gubernator.
- XIV.** LVDOVICVS designatur Abbas, Anno 1260. Præfuerat antea Cœnobio Weichenstephensi. Præfuit hic annis 13. satis negligenter, idcirco etiam parum honorificè dimissus est à Principibus.
- XV.** ARNOLDVS subrogatur Ludouico, An. 1273. sed imperitus administrationis rei familiaris, septimo anno ab electione sese Magistratu abdicauit.
- XVI.** FRIDERICVS, Prior S. Emerani Ratisponæ, omnium suffragiis declaratur Abbas Schyrensis, an. 1281. vir in literis satis doctus, sed in procuranda re familiari parum felix, adeò vt sub eo Cœnobiũ ad extremam inopiam redigeretur. Vendidit plura, quam emit. Præfuit annis decẽ. Exautoratus deinde Ratisponam rediit, vbi non sine ignominia dicitur apud sanctum Emmeranũ ex hac vita emigrasse.
- XVII.** VLRICVS quartus, cognomento Perchtinger, ex Cœnobio S. Quirini in Degernsee accersitus, felicissimè præfuit annis 20. Emit vitæ in alpiibus. Obiit Anno 1311. sepelitur apud S. Quirinum, iuxta aram S. Erasmi.
- XVIII.** CONRADVS secundus, cognomento Perger, præfuit cum omnium dolore, & querimonia annis 13. inutilissimè. Obiit Anno 1323.
- XIX.** VDALSALCVS præfuit per vnum saltem annum, nec tamen integrũ.
- XX.** VLRICVS quintus, cognomento Leutzenauer, eligitur Anno 1324. Præfuit annis sex, & aliquot mensibus parum vtiliter. Lapsus equo expirauit, Anno Domini 1330.
- XXI.** CONRADVS Leutzenauer, Germaus frater Vlrici quinti, ex Abbate Wiltsburgensi, constituitur Schyrensis Monasterij pater, vnanimi conuentualium consensu. Præfuit annis 15. laudabiliter & vtiliter. Consecutus est ab Imperatore Ludouico quarto, Bauaro Parochiam oppidi vicini Pfaffenhofensis ad Ilmum fluuiolum siti, senex tandem imbecillis se magistratu abdicat.
- XXII.** WOLFGANGVS vir quidem genere Nobilis, sed non proinde virtute, homo superbus & leuis, præfuit inutilissimè 7. annis, nihil gerens memoria dignum, conflans æs alienum grande. Obiit Anno 1353.
- XXIII.** VLRICVS sextus, cognomento Morspack, vir prudens rei que familiaris administrandæ, cum singulari laude & felicitate peritissimus. Præfuit sapienter & vtiliter annis penè 23. Obtinuit apud Ludouicum Marchionem Brandenburgensem, Ludouici Imperatoris filium, Parochiam oppidi Voburgensis ad Danubium siti. Obiit Anno 1376.
- XXIV.** VLRICVS septimus, cognomento Münnenbeckius, præfuit annis 24. fideliter & feliciter. Consecutus est à Pontifice Maximo Urbano sexto confirmationem supradictarum donationum, Parochiarũ Voburgensis & Pfaffenhouianæ,

**CVNRADVS** de Mur præfuit annis 12. vir bonus & mansuetus. Ophtal- xxv.  
mia deinde grauius laborans, Abbatiam Conuentui resignauit.

**CVNRADVS** quintus, cognomento Tegerabachius, designatur Abbas, xxvi. ]  
Anno 1413. Præfuit annis 8. inutilissimè, quibus magnum æs alienum cōtraxit.

**LVDOVICVS** Walchius cum magno Cœnobij detrimento præfuit annis xxvii.  
sex, prædia oppignorans, vsu fructum vendidit: Obæratu itaque amoue-  
tur, Anno 1427.

**CONRADVS** sextus, cognomento Wieckmannus, vir callidus, & ingenio xxviii.  
versuto p̄ditus, pertinaciæ tamen singularis. Habuit graues concertationes cum  
Conuentu, difficulter tandè compositas per arbitros, autoritate Concilij Basi-  
liensis datos, Ioannem Grinebaldum Vicarium Frisingensem, & Ioannem Tul-  
beckium. Præfuit parum vtiliter annis 9. amouetur tandem Anno 1436.

**IOANNES** Degerabeckius, vir eloquens & singularis industriæ, præfuit xxix.  
annis 13. augens æs alienum. Condidit duo sacraia & supremæ aræ delubrum.  
Obiit Anno 1449.

**WILHELMVS** Krenberger ex Tigurino Monasterio in Abbatem Schy- xxx.  
rensem vocatus, præfuit annis 18. Fuit vir religiosus & eruditus, qui Bibliothe-  
cam præclare auxit, obseruantiamq; secundum Benedicti institutum Cœnobio  
intulit. Obiit Anno 1467. sepelitur in media Ecclesia prope tumulum fundato-  
rum, Ottonis Comitit, & D. Hazigæ.

**GREGORIUS**, cognomento Sperlin, ex Parochia Schyrensi pauperibus xxxi.  
quidem sed honestis parentibus prognatus, vir multis præclaris virtutibus præ-  
ditus, p̄fuit sapienter & vtilissimè annis 22. Quibus & Bibliothecâ p̄clare auxit,  
& plurima ædificia pulchrè construxit, Sacellum videlicet D. Ioan. Baptistæ, sa-  
crarium minus, zytharium seu praxatorium, & ambitus duas partes cocto late-  
re cōcameravit, muro latericio cinxit hortum, magnam eris alieni partè dissol-  
uit. Calculo laborans obiit ætatis suæ anno 68. Christi verò 1489.

**PAVLVS**, cognomento Prevv, patria Voburgus, vir integer & religionis xxxii.  
Benedictinæ obseruantissimus, præfuit 16. annis. Obiit Anno 1505. Monaci in  
Conuentu fratrum minorum ictus Apoplexia, Dominica post conuersionem,  
S. Pauli, cōpus Schyrum refertur, & honorificè sepelitur.

**M. IOANNES**, cognomento Turbeyt, ex Patauino Episcopatu oriundus, xxxiii.  
communi omnium suffragio eligitur, Anno 1505. vir, qui honestis literis & Phi-  
losophiæ, vsq; ad supremam palmam in Ingolstadiano Gymnasio operam de-  
dit. Rerum Ecclesiasticarum, rei que familiaris administrandæ, supra quàm dici  
potest, peritus & gnarus, vnde grande æs alienum à maioribus conflatum 2000.  
aureorum nummum dissoluit. Opera incepta à suo Antecessore perfecit, & ipse  
de integro multa extruxit, portas vtrasq; cum domibus cohærentibus magni-  
ficè ædificauit. Fuerat prius Præpositus in Vischbachau, vbi egregium thesaurū  
cumulauit, quod nemo alius antea fecerat; plurimum auxit Clenodia, argen-  
teaq; monumenta, vir vitæ integritate nemini secundus, Principibus charissi-  
mus, præcipuè Alberto Principi prudentissimo ac eloquentissimo, Maximilia-  
ni Imperatoris genero, qui per eum pleraq; D. Benedicti Cœnobio ad seuerioris  
religionis jugum reuocauit. Literatorum & literarum fautor maximus, Auen-  
tini Chronographi Boiorum singularis Mecœnas. Præfuit laudabiliter & om-  
nium optimè annis 30. Obiit Anno 1535. 8. Calend. Aprilis, sepelitur in medio  
Templo prope museolum fundatorum.

**ANDREAS**, cognomento Geishouerus, vir religione & deuotione insignis, xxxiiii.  
bene p̄fuit annis duodecim. Ob. an. 1547. 21. Decembr. sepelitur in medio ferè  
Templo, cum præclaro monumento, quod illi pio affectu erigi iussit Successor.

- XXXV. IOANNES Chrysoſtomus, cognomento Hirsbeckius, vir procera corporis ſtatura præditus, literis verò & virtute clariffimus, eligitur An. 1547. Habuit Germanum fratrem Paulum Hirsbeggium, ſacræ paginae Doctorem, & Raſponenſis ſummæ Baſilicæ Concionatorem. Hic Capellam in ambitu, quam Capitularem vocant ſepulturam Comitum Schyrenſium, è fundamentis extruxit, ac figuris illorum decorauit. Obiit Anno Domini 1558.
- XXXVI. GEORGIVS Neupeck ex Wolzſach, Bauarus, expulſus Werdeæ Monafterio ſanctæ Crucis in Principum bello An. 1552. exul Schyram venit, vbi benignè receptus, ita ſe geſſit, vt Viſchpachauenſi Eccleſiæ præficeretur, hinc deſuncto Ioanne Chryſoſtomo, concordib⁹ votis in Abbatem electus eſt, an. 1559. Hic tanquàm bonus Oeconomus Templum Schyrenſe renouauit, ac Monafteriũ multis neceſſariis, ac pulchris ædificiis exornauit. Obiit Anno Dñi 1574.
- XXXVII. BENEDICTVS Prummer Monaceñ. eodem anno electus, hoc 1581. Anno adhuc præeſt, quod Deus ſibi ac Monafterio bene vertat, &c.

## ADDITIONES.

E primis ac ſplendidiffimis *Bauariae* Monafteriis vnum eſt *Schirenſe*, commutata arce *SCHIRA*, olim Principum ſede in cænobium, ſicut ex *hiſtoria Boica* patet. Noſ hic, ad ea, quæ Dn. *Hundius* tradidit, Diplomata Pontificum, Imperatorum, & Principum quorundam proferemus; haud omiſſis quoque nonnullis, quæ illuſtrandæ rei, & tractandæ Principum Boiorum pietati feruiunt.

**P** Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto in Christo filio *Erchinberdo* Abbat. venerabili monasterij sancti *Martini* quod in loco qui *Viſchpach* dicitur situm est, eiusq; successoribus, regulariter promouendis in perpetuum. Pia postulatio voluntatis effectu debet proſequentè compleri quatenus & deuotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & vtilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quia igitur dilectiõ tua ad Sedis Apoſtolice portum confugiens, eius tuitionem deuotione debita requiſiuit, nos ſupplicationi tuæ elementè annuimus & B. *Martini* monasterium, cui Deo authore præſides ſub tutelam apoſtolice ſedis excipimus, & præſentis priuilegij pagina communimus. Quod videlicet cænobium ab ipſis fundatoribus *Haziga* Comitiffa & eius filiis *Ekkardo*, *Bernhardo* & *Ottone* Comitibus B. *Petro* oblatum eſt. Per præſentis igitur priuilegij paginam Apoſtolica authoritate ſtatuimus, vt quicquid in præſentiarum ad idem Cænobium legitimis fundatorum donationibus pertinet, & quæcunq; in futurum cõceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſtè & canonicè poteris adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat idem cænobium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtucia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum B. *Benedicti* regulam elegerint. Chriſma, oleum ſacrum, cõſecrationes altarium ſiue baſilicarũ, ordinationes monachorum, qui ad ſaceros ordines promouendi fuerint, ab Episcopo, in cuius dioceſi eſtis, accipietis. Siquidè gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine prauitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire